

## DE M V T A T I O N E

angulis, non multum diuersificabit annum in qualitate sua, nisi forte dum uenerit ad angulos ascendentis. Et quando in anni initio fuerit in angulo a domino ascendentis, uidelicet in .4.7. & .10. ab eodem minor & debilior erit significatio sua, quam dum fuerit in angulis ab ascidente signo. Nec minus de Marte iudicabis secundum qualitatem suam, quemmodo praedicto in angulis existentem, uel succendentibus, remissius tamen, in significatorum elegeris, & sic de planetis alijs. Quorum etiam commissione, & aspectuum reciprocationem, & insignis permanentiam considera. Aspices similiter Mercurium, qui si fuerit in medio coeli in signo aereo, significat diuersitatem magnam in aere, tonitrua magna, & crebra fulgura, maxime si aliquaque infortunarum fuerit in angulo aliquo ab ipso Mercurio. Et adiuua te in hoc a parte aeris, & uentorum, faciendo hanc partipem cum significatore ipso. Quod si fuerit cum parte eadem repertus, uel eiusdem domino, iudica ex eo, sicut ante diximus, per existentiam ipsius in angulo, & aspectus alios planetarum. Pars haec accipitur a loco Mercurii usque ad gradum domini domus in qua est, addendo de super gradus ascendentis, & proiicitur deinceps ab ascendentis signo. & ubi finitus fuerit numerus, ibi est pars praedicta. quod si Mercurius fuerit in domo sua, accipe suos met gradus usque ad ascendens, & proiice ab ascidente. Et tunc uide quomodo fuerit pars illa cum planetis, & secundum hoc iudica. Et illud quod diximus de introitu Solis in Aries, hoc idem facies de ingressu ipsius in quamlibet quartarum Zodiaci. Similiter de ingressu Solis, & Lunae in quodlibet signorum duodecim. Tamen fundamentum & radix omnium praedictorum est ab ascidente coniunctionis, uel oppositionis quartarum anni, & a domino tunc ascendens, & domino locorum ipsorum, quoniam quando isti fuerint in locis humidis & pluuiosis, significant pluuias, maxime si applicuerint planetis humidis, & pluuiosis, & si econtra, contrarium iudica.

Etsrias quod quando planeta signifactor fuerit occidentalis, retrogradus uel parui motus, aut descendens in latitudine, uel in circulo suae augis, significat pluuias, & ecotra. Item si fuerit combustus pluuias designat, praeter Martem, qui solus combustus pluuias minuit.

Scitur etiam dispositio aerea in pluuiis tonitruis, & coruscationibus ab introitu Solis in .20. gradum M. Nam si tunc Iuppiter, Venus, & Mercurius fuerint occidentales, aut retrogradi, iudica anno illo pluuias multas. Postmodum considera stellam Saturni, & Martis, quorum alter fortior sit, & quam societatem cum planetis, & Mercurio praesertim habuerit

Albumasar partem diei assumit, quando Sol oritur die qualibet accipiendo gradus, qui sunt a Sole ad Saturnum, numerum illum proiiciens a Luna & secundum locum, & naturam planetae aspicientis illum, in quo cadit numerus ipse, de die illo diiudicat. Etsimiliter ab ascidente introitus Lunae